

Thomas von Aquin, *Expositio super Iob ad litteram*, cap. I. (Auszug)

Expositio super Iob ad litteram, cura et studio FRATRUM PRAEDICATORUM, tom. XXVI (EDITIO LEONINA), Rom 1965, 5-15, hier: 5-7.

Im Rahmen des Seminars „Der Ijob-Kommentar des Thomas von Aquin“ (Prof. Thomas Prügl, Kirchengeschichte), SoSe 2025

übersetzt von FABIAN ANDRE

<p><i>Vir erat in terra Hus et cetera.</i></p> <p>Quia, sicut dictum est, intentio huius libri tota ordinatur ad ostendendum qualiter res humanae providentia divina regantur, praemittitur quasi totius disputationis fundamentum quaedam historia in qua cuiusdam viri iusti multiplex afflictio recitatur: hoc enim est quod maxime videtur divinam providentiam a rebus humanis excludere.</p> <p>Huius igitur viri primo persona describitur, et quantum ad sexum dum dicitur <i>vir erat</i>: hic enim sexus ad perferendas molestias invenitur robustior; describitur etiam quantum ad patriam cum dicitur <i>in terra Hus</i>, quae est in partibus orientis, et quantum ad nomen cum dicitur <i>nomine Iob</i>: et videntur haec duo posita esse ad insinuandum hoc quod dicitur non esse parabolam sed rem gestam.</p> <p>Et ne aliquis adversitates quae postmodum inducuntur pro peccatis huius viri ei accidisse crederet, consequenter describitur eius virtus, per quam a peccatis demonstratur immunis.</p> <p>Sciendum siquidem est hominem tripliciter peccare: sunt enim quaedam peccata quibus peccatur in proximum, sicut homicidia, adulteria, furta et alia huiusmodi; quaedam quibus peccatur in Deum, sicut periurium, sacrilegium, blasphemia et huiusmodi; quaedam quibus unusquisque in se ipsum peccat, secundum illud apostoli Cor. VI 18 <i>qui fornicatur, in corpus suum peccat</i>. In proximum autem quis peccat dupliciter, occulte per dolum et manifeste per vim; hic autem vir per dolum proximum non circumvenit, unde dicitur <i>et erat vir ille simplex</i>: simplicitas enim proprie dolo sitati opponitur; nulli violentiam intulit, sequitur enim <i>et rectus</i>: rectitudo enim ad iustitiam proprie pertinet, quae in aequalitate</p>	<p><i>Es lebte ein Mann im Lande Uz, usw.</i></p> <p>Da die Intention dieses Buches, wie gesagt, gänzlich daraufhin geordnet wird ist, aufzuzeigen, wie die menschlichen Angelegenheiten durch die göttliche Vorsehung geleitet werden, wird gewissermaßen als Fundament der ganzen Abhandlung eine bestimmte Geschichte vorausgeschickt, in der das vielfache Elend eines gerechten Mannes vorgestellt wird. Genau das ist es nämlich, was am meistens dafür spricht, dass es keine göttliche Vorsehung im Leben der Menschen gibt. Zuerst wird seine Person beschrieben und in Bezug auf das Geschlecht wird gesagt „er war ein Mann“: dieses Geschlecht erscheint nämlich widerstandsfähiger um Belastungen zu ertragen. Er wird auch in Bezug auf seine Heimat beschrieben, wenn es heißt: „im Lande Uz“, welches im Osten liegt, und in Bezug auf seinen Namen wird gesagt „namens Ijob“. Und diese zwei [Informationen] scheinen gegeben worden zu sein, um anzuzeigen, dass der Text keine Parabel ist, sondern eine (historische) Begebenheit wiedergibt. Und damit nicht jemand glaube, dass die Unglücksfälle, die später erzählt werden, ihn wegen seiner Sünden ereilten, wird anschließend seine Tugendhaftigkeit beschrieben, durch welche bewiesen wird, dass er von Sünden unberührt blieb.</p> <p>Man muss freilich wissen, dass ein Mensch auf dreifache Weise sündigt: es gibt zum einen Sünden, mit denen man sich gegen den Nächsten versündigt, wie Mord, Ehebruch, Diebstahl und andere von dieser Sorte; zum anderen gibt es Sünden, mit denen man sich gegen Gott versündigt, wie Meineid, Sakrileg, Gotteslästerung und dergleichen; dann wieder gibt es Sünden, mit denen ein jeder gegen sich selbst sündigt, gemäß dem Wort des Apostels: „Wer Unzucht treibt, sündigt gegen seinen Leib“ [Kor 6,18]. Gegen den Nächsten sündigt man aber auf zweifache Weise, entweder im Verborgenen durch List, oder offenkundig durch Gewalt. Dieser Mann aber betrog seinen Nächsten nicht durch List, weshalb gesagt wird „und jener Mann war ehrlich“; das Gegenteil der Ehrlichkeit ist nämlich die Verschlagenheit. Keinem tat er Gewalt an, es folgt nämlich „und aufrichtig“. Die Aufrichtigkeit gehört nämlich zur Gerechtigkeit, welche</p>
---	---

consistit, secundum illud Is. XXVI,7 *semita iusti recta est, rectus callis iusti ad inambulandum*. Quod autem in Deum non peccaverit aperte ostenditur per hoc quod subditur *ac timens Deum*, in quo reverentia ad Deum designatur. Quod etiam in se ipsum non peccaverit ostenditur in hoc quod subditur *ac recedens a malo*, quia malum odio habuit propter se ipsum, non solum propter nocumentum proximi vel offensam Dei.

Descripta igitur huius viri et persona et virtute, eius prosperitas consequenter ostenditur, ut ex praecedenti prosperitate gravior sequens iudicetur adversitas, simul etiam ad ostendendum quod ex prima Dei intentione iustis semper bona tribuuntur non solum spiritualia sed etiam temporalia; sed quod aliquando iusti adversitatibus premantur accidit propter aliquam specialem causam: unde et a principio homo sic institutus fuit ut nullis subiaceret perturbationibus si in innocentia permansisset. Principium autem prosperitatis temporalis, post bonam consistentiam personae propriae, consistit in personis coniunctis et praecipue in natis qui sunt quodammodo aliquid parentum.

Describitur igitur primo eius prosperitas quantum ad fecunditatem prolis, cum dicitur *natiq̄e sunt ei septem filii et tres filiae*. Convenienter numerosior multitudo marium quam feminarum ponitur quia parentes magis affectare solent filios quam filias, tum quia id quod perfectius est desiderabilius est, mares autem comparantur ad feminas sicut perfectum ad imperfectum, tum quia in auxilium rerum gerendarum solent esse parentes magis nati quam natae. Deinde ostenditur prosperitas eius quantum ad multitudinem divitiarum et praecipue in animalibus: nam circa principium humani generis, propter hominum paucitatem, agrorum possessio non ita pretiosa erat sicut animalium, et maxime in partibus orientis in quibus usque hodie sunt pauci habitatores prae latitudine regionis. Inter animalia autem 1° ponuntur ea quae maxime deserviunt ad victum et vestitum personae, scilicet oves, unde dicitur *et fuit possessio eius septem millia ovium*; 2° ponuntur ea quae maxime deserviunt ad onera deferenda, scilicet cameli, et hoc est quod subditur *et tria millia camelorum*; 3° ponuntur ea quae deserviunt ad culturam agrorum, et hoc est quod subditur *quingenta quoque iuga boum*;

in der von der Rechtsgleichheit besteht, gemäß Jes 26,7: „Der Weg des Gerechten ist recht, recht ist der Pfad des Gerechten, um umherzugehen“. Dass er aber nicht gegen Gott gesündigt hat, wird durch die Hinzufügung „und gottesfürchtig“ gezeigt, worin die Ehrfurcht Gott gegenüber bezeichnet wird. Dass er auch gegen sich selbst nicht sündigte, wird mit dem Zusatz gezeigt: „und wich vom Bösen zurück“, weil er das Böse um seiner selbst Willen hasste, nicht nur weil es dem Nächsten schadet oder Gott beleidigt.

Nachdem also die Person und Tugendhaftigkeit dieses Mannes beschrieben worden sind, wird anschließend sein gedeihliches Glück gezeigt, damit ausgehend von diesem vorhergehenden Glück das folgende Unglück umso schlimmer beurteilt wird; gleichzeitig auch um zu zeigen, dass aus der ersten Intention Gottes den Gerechten immer Güter zugeteilt werden, und zwar nicht nur geistliche, sondern auch materielle. Aber dass manchmal die Gerechten mit Unglücksfällen bedrückt werden, geschieht aus einem besonderen Grund. Deshalb war auch der Mensch von Beginn an so geschaffen, dass er keiner Unordnung unterlegen wäre, wenn er unschuldig geblieben wäre. Nach der Unversehrtheit der eigenen Person sind aber die Hauptsache des zeitlichen Glücks die mit einem verbundenen Personen und besonders die Kindern, die gewissermaßen ein Teil der Eltern sind.

Es wird daher zuerst sein glückliches Gedeihen hinsichtlich der reichen Nachkommenschaft beschrieben, wenn gesagt wird: „Es wurde ihm sieben Söhne und drei Töchter geboren“. Angemessen wird eine größere Zahl an männlichen als an weiblichen Nachkommen erwähnt, weil Eltern für gewöhnlich Söhne lieber mögen als Töchter, weil das, was vollkommener ist, wünschenswerter ist; Männer aber werden mit Frauen wie Vollkommenes zum Unvollkommenen verglichen. Darüber hinaus gelten Söhne den Eltern für deren Arbeit eher eine Hilfe als Töchter.

Dann wird sein Glück hinsichtlich der Fülle des Reichtums gezeigt, v.a. an Tieren. Denn am Beginn des Menschengeschlechts war wegen der geringen Zahl von Menschen der Besitz von Ackerland nicht so wertvoll wie der von Tieren, vor allem in den Gegenden des Ostens, in denen verglichen mit der Weite des Gebietes, bis heute nur wenige Bewohner leben. Bei den Tieren werden aber zuerst jene erwähnt, die dem Menschen vor allem zur Nahrung und Kleidung dienen, nämlich Schafe. Daher wird gesagt: „Sein Besitz umfasste 7000 Schafe“. Als zweites werden jene angeführt, die vor allem zum Tragen von Lasten geeignet sind, nämlich Kamele; und das ist der Grund warum hinzugefügt wird „und 3000 Kamele“. Als drittes werden jene Tiere angeführt, die dem Ackerbau dienen; und das ist der Grund, weshalb hinzugefügt wird „und auch 500 Joch Ochsen“. Als viertes werden die Tiere angeführt, welche

4° ponuntur animalia quibus homines ad vecturam utuntur, unde sequitur *et quingentae asinae*, ex quibus muli generantur, quibus antiqui maxime insidebant. Sub istis autem quatuor generibus animalium comprehenduntur omnia alia quae ad eisdem usus deserviunt, puta sub ovibus omnia victui et vestitui necessaria, et sic de reliquis. Et quia homines multas divitias possidentes ad eas gubernandas multitudine indigent famulorum, convenienter subditur *ac familia multa nimis*.

Consequenter ponitur prosperitas eius quantum ad honorem et famam quae longe lateque diffundebatur, et hoc est quod dicitur *eratque vir ille magnus inter omnes Orientales*, idest honoratus et famosus. Ad maiorem autem ipsius Iob commendationem consequenter disciplina domus eius describitur, quae immunis erat ab illis vitiis quae opulentia gignere solet. Plerumque namque divitiarum abundantia discordiam parit, unde legitur in Genesi quod Abraham et Loth nequiverunt simul habitare, ad vitandum iurgium quod ex rerum abundantia proveniebat.

Frequenter etiam homines multa possidentes, dum ea quae possident immoderate amant, eis tenacius utuntur, unde dicitur Eccl. VI,1 *est et aliud malum quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines: vir cui dedit Deus divitias et substantiam et honorem, et nihil deest animae eius ex omnibus quae desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem ut comedat ex eo*. Ab his igitur malis immunis erat domus beati Iob: erat enim ibi concordia et iocunda et aequa frugalitas, quod significatur cum dicitur *et ibant filii eius et faciebant convivia per domos unusquisque in die sua*. Haec autem caritas et concordia non solum inter fratres erat sed usque ad sorores extendebatur, quae frequenter despiciuntur a fratribus propter superbiam quam opulentia plurimum gignit, unde subditur *et mittentes vocabant tres sorores suas ut comederent et biberent cum eis vinum*.

Simul etiam designatur in hoc securitas quae de castitate filiarum habebatur; alias enim non circumducendae erant sed includendae, secundum illud sapientis Eccli. XXVI 13 *in filia non avertente se firma custodiam, ne inventa occasione abutatur se*. Sicut autem in domo Iob frugalitas et concordia vigeat, sic in ipso Iob vigeat sancta sollicitudo puritatis quam frequenter

die Menschen zur Fortbewegung nutzen; und daher folgt „und 500 Eselinnen“, welche Maultiere hervorbringe, auf denen die Alten meistens ritten. Unter diesen vier Arten von Tieren sind aber alle anderen mit inbegriffen, die denselben Verwendungszwecken dienlich sind; zum Beispiel werden unter den Schafen alle Tiere zusammengefasst, die für Nahrung und Kleidung notwendig sind, und so auch bei den übrigen. Und da die Menschen, die viele Reichtümer besitzen, eine große Zahl an Dienern nötig haben, um diese zu verwalten, wird in angemessener Weise hinzugefügt „und eine sehr große Dienerschaft.“

Danach wird sein glückliches Gedeihen in Hinsicht auf die Ehre und den Ruf erwähnt, der sich weit verbreitet hatte. Und das ist der Grund, warum gesagt wird „und er war ein bedeutender Mann unter allen Orientalen“, das heißt, er war angesehen und berühmt. Zum größeren Lob Ijobs wird danach die ordentliche Zucht seines Haushalts beschrieben, die unberührt war von jenen Lastern, die der Überfluss normalerweise hervorbringt. Denn meistens bringt der Überfluss an Reichtümern Zwietracht hervor. Daher heißt es im Buch Genesis, dass Abraham und Lot nicht vermochten, zusammen am selben Ort zu leben, um Streit zu vermeiden, welcher aus dem Überfluss an Besitz hervorging.

Häufig halten auch Menschen, die viel besitzen und ihren Besitz maßlos lieben, umso hartnäckiger daran fest. Daher heißt es in Koh 6,1: „Es gibt auch ein anderes Übel, welches ich unter der Sonne gesehen habe und das sich bei Menschen häufig findet. Ein Mann, dem Gott Reichtümer, Vermögen und Ehre gegeben hat und dessen Seele nichts fehlte von all dem, was er sich gewünscht hatte, und Gott gewährte ihm nicht die Möglichkeit, dass er von dem etwas verzehre.“ Von diesen Übeln war daher das Haus des seligen Ijob unberührt. Dort herrschte nämlich Eintracht, Freude und angemessene Genügsamkeit. Dies wird gezeigt, wenn es heißt: „und seine Söhne gingen und veranstalten Gastmähler in den Häusern eines jeden an seinem Tag.“ Diese Liebe und Eintracht herrschte aber nicht nur unter den Brüdern, sondern erstreckte sich auch auf die Schwestern, die häufig von Brüdern gering geschätzt werden wegen des Stolzes, den der Reichtum zumeist verursacht. Daher wird hinzugefügt: „und sie sandten und riefen nach ihren drei Schwestern, damit sie mit ihnen aßen und Wein tranken.“

Zugleich wird darin auch das Vertrauen angedeutet, das er hinsichtlich der Keuschheit der Töchter hatte. Sonst hätte man sie nicht herumführen dürfen, sondern einsperren müssen, gemäß dem Wort des Weisen: „Platziere eine Wache bei einer Tochter, die sich nicht abwendet, damit sie nicht eine gefundene Gelegenheit für sich ausnützt“ (Sir 26,13). Wie aber im Hause Ijobs Einfachheit und Eintracht herrschten, so fand sich in Ijob selbst ein heiliger Eifer der Reinheit. Diese wird oft

divitiae obruunt vel etiam minuunt, secundum illud Deut. *Incrassatus est dilectus et recalcitravit, et postea sequitur dereliquit Deum factorem* et cetera.

Et quidem de sua puritate intantum sollicitus erat quod ab his quae inquinare poterant totaliter procul erat: dictum est enim supra quod *erat timens Deum et recedens a malo*. Sed etiam circa filiorum puritatem maxime sollicitus erat; permittebat siquidem eos convivia agere eorum indulgens aetati: quaedam enim in iuvenibus tolerantur quae in personis gravibus reprehensibilia sunt. Et quia in conviviis vix aut numquam homines vitare possunt quin vel per ineptam laetitiam vel per inordinatam loquacitatem aut etiam immoderatum cibi usum offendant, filiis quos a conviviis non arcebat purificationis exhibebat remedium, unde dicitur: *cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Iob et sanctificabat illos*. Dicuntur autem in orbem dies transire convivii quia cum septem filii essent et unusquisque in die sua convivium faceret, per omnes dies septimanae seriatim huiusmodi consummabant convivia; postmodum quasi circulariter sive orbiculariter, sicut in diebus septimanae ita in conviviis ad principium rediebatur.

Notandum autem quod licet Iob filiis indulgeret ut convivia agerent, tamen ipse suam gravitatem conservans eorum conviviis se non immiscebat: unde dicitur quod *mittebat ad eos*, non quod ipse ad eos iret. Modus autem sanctificationis quo per internuntium sanctificabat, potest intelligi dupliciter: vel quia salubribus monitis eos instrui faciebat ut si quid in conviviis deliquerant emendarent, vel etiam expiationis aliquem ritum habebant quo huiusmodi delicta expiabantur, sicut et sacrificia etiam ante legem data fuerunt, et primitiarum et decimarum oblatio.

In conviviis autem homines interdum non solum impuritatem incurrunt modis praedictis, sed etiam gravioribus peccatis immerguntur usque ad Dei contemptum, propter lasciviam ratione absorpta et a reverentia divina abstracta, sicut in Exodo dicitur *sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere*, idest fornicari vel idolis immolare. Iob igitur non solum contra levia delicta filiis sanctificando subveniebat, sed etiam contra graviora remedium studebat apponere quo eis Deus placaretur, unde

durch Reichtümer verdunkelt oder auch geschmälert, gemäß jenem Wort in Deut (32,15): „Der Geliebte wurde fett und war widerspenstig“, und später heißt es: „er vernachlässigte Gott, den Schöpfer“ etc.

Und freilich war er so sehr um seine Reinheit besorgt, dass er von den Dingen, die ihn verunreinigen konnten, sehr weit entfernt war. Oben hieß es nämlich: „er war gottesfürchtig und wich vom Bösen zurück“. Aber er war auch äußerst besorgt um die Reinheit der Söhne, erlaubte ihnen aber, Gastmähler zu feiern und war ihrem Alter gegenüber nachsichtig. Manches wird nämlich bei jungen Menschen toleriert, was bei gesetzteren Personen tadelnswert ist. Und weil Menschen bei Gastmählern kaum oder niemals vermeiden können, dass sie durch unpassende Fröhlichkeit oder ungezügelter Geschwätzigkeit oder auch durch maßlosen Genuss von Essen nicht Anstoß erregen, bereitete er den Söhnen, die er von ihren Gastmählern nicht abhielt, das Heilmittel einer Reinigung zu. Daher wird gesagt „und nachdem die Tage des Gastmahls im Kreislauf verstrichen waren, schickte Ijob nach ihnen und entsühnte sie.“ Man sagt aber, dass die Tage des Gastmahls im Kreis herumgingen, weil bei sieben Söhnen, von denen ein jeder an seinem Tag ein Gastmahl feiert, sie auf diese Weise an jedem Tag der Woche der Reihe nach Gastmähler feierten. Danach kehrte man gewissermaßen wie in einem Kreis oder Umlauf wie bei den Tagen der Woche so auch bei den Gastmählern an den Anfang zurück.

Beachtenswert ist aber, dass Ijob selbst, mag er auch seinen Söhnen nachgesehen haben, dass sie Gastmähler feierten, dennoch seine Würde behielt und sich bei ihren Gastmählern nicht dazugesellte. Daher heißt es, dass „er nach ihnen schickte“, und nicht, dass er selbst zu ihnen hin ging. Die Art der Entsühnung aber, und dass er durch einen gesandten Beauftragten entsühnen ließ, kann doppelt verstanden werden: entweder, dass er sie durch heilsame Ermahnungen unterweisen ließ, so dass sie, wenn sie bei den Gastmählern gefehlt haben, es wieder gut machten; oder auch, dass sie einen bestimmten Sühneritus hatten, durch den sie von diesen Verfehlungen entsühnt wurden, so wie es Opfer auch in der Zeit vor dem (jüdischen) Gesetz gab, ebenso Darbringungen von Erstlingsfrüchten und Zehnten.

Bisweilen ziehen sich Menschen bei Gastmählern nicht nur auf die bereits erwähnten Weisen Unreinheit zu, sondern lassen sich auch zu schwereren Sünden hinreißen, bis hin zur Gotteslästerung, wenn wegen einer Zügellosigkeit die Vernunft fortgerissen wird und die Ehrfurcht Gottes aufgehoben wird, wie es Exodus heißt: „das Volk saß zum Essen und Trinken und sie standen auf zum Spielen“ (1 Kor 10, 7f), das bedeutet, um Unzucht zu treiben und Götzen zu opfern. Daher kam Ijob seinen Söhnen nicht nur bei der Entsühnung von lässlichen Sünden entgegen, sondern versuchte auch, gegen die schwereren ein Heilmittel beizubringen, durch

sequitur *consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos*. In quibus verbis ostenditur perfectio devotionis ipsius, et quantum ad tempus quia diluculo consurgebat, secundum illud Psalmi *mane astabo tibi* etc.; et quantum ad modum oblationis quia holocausta offerebat quae totaliter comburebantur ad honorem Dei, nulla parte relicta in usum offerentis vel eius pro quo offerebatur sicut erat in hostiis pacificis et pro peccato: dicitur enim holocaustum quasi totum incensum; et quantum ad numerum quia per singulos filios holocausta offerebat: singula enim peccata convenientibus satisfactionibus sunt expianda.

Causam autem oblationis holocaustorum subiungit dicens *dicebat enim*, scilicet Iob in corde suo, non quidem de peccatis filiorum certus sed dubitans, *ne forte peccaverint filii mei*, scilicet opere vel verbo, *et benedixerint Deo in cordibus suis*. Quod quidem dupliciter intelligi potest: uno modo ut totum intelligatur coniunctim: quamvis enim benedicere Deum sit bonum, tamen benedicere Deum de hoc quod homo peccavit significat voluntatem in peccatis quiescentem, et quantum ad hoc vituperatur, sicut in Zacharia dicitur contra quosdam: *pasce pecora occisionis, quae qui possederant occidebant et non dolebant et vendeant ea dicentes: benedictus dominus. Divites facti sumus*. Alio modo ut intelligatur divisim, et sic per hoc quod dicitur *benedixerint*, intelligitur maledixerint: crimen enim blasphemiae tam horribile est ut pia ora ipsum nominare proprio nomine reformident, sed ipsum per contrarium significant. Et convenienter pro peccato blasphemiae holocausta offeruntur, quia ea quae in Deum committuntur honoratione divina sunt expurganda. Solet autem contingere quod divinus cultus a quibusdam devote perficiatur si rarus sit, cum autem frequens fuerit in fastidium venit, quod est peccatum accidiae, cum aliquis scilicet tristatur de spirituali labore. Cui quidem vitio Iob subiectus non erat, nam subditur *sic faciebat Iob cunctis diebus*, quasi perseverantem in divino cultu devotionem conservans.

welches Gott ihnen gegenüber günstig gestimmt wird. Daher folgt: „und er stand bei Tagesanbruch auf und brachte Brandopfer für jeden einzelnen dar.“ In diesen Worten wird die Vollkommenheit seiner Gottesverehrung gezeigt, sowohl was die Zeit betrifft, weil er zu Tagesanbruch aufstand, gemäß jenes Psalm: „in der Früh werde ich vor dir stehen“, als auch in Bezug auf die Weise der Darbringung, weil er Brandopfer darbrachte, die ganz und gar zur Ehre Gottes verbrannt wurden, so dass kein Teil übrig blieb für den Opfernden oder den, für den geopfert wurde, wie es bei den Frieden stiftenden Opfern und denen für die Sünde der Fall war. Brandopfer heißt nämlich übersetzt ‚ganz verbrannt‘. Und auch in Bezug auf die Zahl [war er vollkommen], weil er für jeden Sohn Brandopfer darbrachte; denn jede Sünde ist mit angemessenen Sühneleistungen zu tilgen. Als Grund für die Darbringung der Opfer heißt es danach: „Er sagte nämlich“, d.h. Job in seinem Herzen, da er freilich über die Sünden der Kinder nicht sicher war, sondern zweifelte: „dass meine Kinder vielleicht nicht gesündigt haben“, nämlich in Tat oder Wort, „und Gott in ihren Herzen segneten“. Dies kann allerdings zweifach verstanden werden. Auf eine Weise, dass das Ganze als verbunden verstanden wird: Obwohl es nämlich gut ist Gott zu loben, bezeichnet der Ausdruck 'Gott segnen' dafür, dass ein Mensch sündigte, einen in Sünden ruhenden Willen. Und unter dieser Hinsicht wird getadelt; so wie in Sacharja gegen gewisse Menschen gesagt wird: „Weide die Schafe der Opferung, welche die, die sie besaßen, töteten; und sie waren nicht betrübt und verkauften sie, indem sie sagten: Gesegnet sei der Herr. Wir wurden reich“ (Sach 11,4-5). Auf andere Weise kann es als getrennt verstanden werden, und dann hat "sie segneten" die Bedeutung "sie verfluchten": Das Verbrechen der Blasphemie ist nämlich so schrecklich, dass fromme Menschen zurückschrecken, es mit dem eigentlichen Namen zu bezeichnen, vielmehr bezeichnen sie es durch das Gegenteil. Und für die Sünde der Blasphemie werden in angemessener Weise Brandopfer dargebracht, weil das, was gegen Gott begangen wurde, mit göttlicher Ehrerbietung entschuldigt werden muss. Üblicherweise führen Menschen die Verehrung Gottes, wenn diese selten vollzogen wird, in frommer Weise aus. Wenn sie aber häufig stattfindet, wird sie einem überdrüssig; und das ist die Sünde der Trägheit, wenn einer nämlich durch geistliche Anstrengung betrübt wird. Diesem Laster unterlag Ijob sicher nicht, denn es wird angefügt: „So tat er alle Tage“, gleichsam beharrlich in der Verehrung Gottes verbleibend.